

et audiunt sapientiam tuam (1) ». Porro, quia sic quasi incidentaliter (2) in verbis profluxi, supplico ut parcatis. Ecce in celo hic testis meus, quod oleum adulationis per hec vendere non intendo, sed ad animandum vos utcumque ad continuacionem et perseveranciam in sancto proposito et ad zelum, quem ad memoratos sanctos viros animo geritis indefesso, commendandum ausu caritatis hec deprompsi. Ait enim sapiens: « Laudet te alienus, non os tuum (3) » et iterum: « Laudent eam in portis opera eius (4) ». Laudavit (5) eciam viros gloriosos filius Syrach Ihesus. In nomine Ihesu Nazareni salvatoris, qui vos de bono in melius conducens evacuato, quod ex parte est (6), producat ad perfectum. Amen. Quo duce ob reverenciam virginis vado peregrinatum cumque reversus fuerio, ipsa sui gratia cum filio inspirante concipienda in materia, de qua nostis, domino regi tradam, cui me humillime recomendo.

Scriptum Parisius die XVIII<sup>a</sup> mensis Iulii.

**Notizen  
zur Lebensgeschichte des Kardinals Nikolaus von Cues.**

von H. V. SAUERLAND.

In dem kürzlich erschienenen 90. Heft von Wetzer und Welte's Kirchenlexikon findet sich ein von Prof. v. Funk ausgearbeiteter Artikel über den obengenannten Kardinal.

(1) 3 Reg. 10 (v. 8).

(2) Job. 16.

(3) Prov. 27 (v. 2).

(4) Prov. 31 (v. 31).

(5) Ecclesiastici 44, 1.

(6) 1 Cor. 13 (v. 10).

Dafür ist nicht mehr benutzt worden die von mir im vorig-jährigen Histor. Jahrbuch (Bd. XIII S. 836) veröffentlichte kleine Notiz, aus welcher hervorzugehen scheint, dass Nikolaus auch in Prag studirt hat. Neuerdings habe ich über denselben noch die nachstehenden sechs Notizen gefunden:

**I. — 1438 December 1. (Münstermaifeld.)**

« Anno Domini 1438 altera Andree ego Nicolaus de Cuesa prepositus Monasteriensis rediens de dieta Nurenbergensi, in qua fuit tractata causa inter Eugenium papam quartum et concilium Basileense, et ego in eadem orator pape pie sedi... »

So lautet der Anfang eines Münstermaifeldischen Pachtgedings, das sich im Koblenzer Staatsarchiv (H.S. CXI<sup>b</sup> Bl. 1<sup>r</sup>) befindet und bei Lamprecht, Deutsches Wirtschaftsleben im Mittelalter III, Quellensammlung S. 526, abgedruckt ist.

**2. —** In die Zeit des Baseler Concils fällt noch: Epistola capituli S. Florini Confluentini ad (Nicolaum Cusanum) decanum suum absentem, in Cod. nr. 202 der Lütticher Universitäts-Bibliothek p. 142. In derselben Handschrift, welche dem Nikolaus selbst gehört hat und worin er auch als Kanonikus von Lüttich und Archidiakon von Brabant erscheint, befinden sich auch S. 163-169 noch zwei Aktenstücke, die sich auf die Trierer Doppelwahl vom Jahre 1430 beziehen. Bekanntlich war Nikolaus der Geschäftsträger des einen der beiden damals Erwählten beim Baseler Concil.

Vgl. Catalogue des Manuscrits de l'université de Liège par M. Grandjean. 1875.

**3. — 1439 December 19. Coblenz.**

In der Bibliothek des Hospitals von Cues befindet sich unter Nr. 404 ein Kölner Inkunabeldruck vom Jahre 1467 (per D. Sell). Auf der Innenseite des Vorderdeckels ist ein Pergament-Blatt eingeklebt, welches die Abschrift einer

Urkunde enthält, welche der Mainzer Erzbischof Theoderich (von Erbach) am 3. Aug. 1439 zu Heppenheim zu Gunsten seines Sekretairs Johann Ferwer, vikarius ecclesie sancti Petri et Alexandri in Aschaffenburg, ausgestellt hat. Auf der Innenseite des Hinterdeckels aber befindet sich die nachstehende am unteren Ende verstümmelte Originalurkunde:

In nomine domini amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo quadringentesimo tricesimo nono, inductione secunda, die vero sabbati decima nona mensis decembris, hora secunda vel quasi post meridiem, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti anno eius nono, Confluencie in curia venerabilis viri domini Nicolai de Cusa prepositi in ecclesia sanctorum Martini et Severi in monasterio Meynfeld sita infra comunitatem ecclesie sancti Florini Trewensis diocesis, in mei notarii publici infrascripti et testium infrascriptorum ad hoc vocatorum et rogatorum presencia concordarunt venerabilis dominus Nicolaus de Cusza predictus super decanatu sancti Florini cum domino Petro pro canonicatu et prebenda in monasterio Meynfeld et altari sancti spiritus in Dypurghc Magantine diocesis; que quidem duo beneficia venient pro nutu ipsius domini Nicolai ad aliquem, cui favebit dominus Nicolaus. Et quoniam illud altare sancti spiritus in Dypurc est iuris patronatus et patronorum consensus pro nunc non habetur, hinc, ne propterea differatur permutacio, consensit dominus Nicolaus, quod pro hac vice celebretur permutacio et quod dominus Petrus laborabit pro consensu patronorum infra hinc et festum pasche. Et in casu, quo patroni non consentirent, ordinabit aliud beneficium viginti florenorum in portatis ipse dominus Petrus domino Nicolao aut illi, pro quo dominus Nicolaus voluerit, sic quod tale beneficium viginti florenorum in portatis sit tale, de quo contentetur dominus Nicolaus. Et in casu, quo nec hoc infra illum terminum fecerit, sci-

licet pascha proximum, exnunc prout extunc ipse dominus Petrus Hachenberg, eciam canonicus ad sanctum Castorem in Confluencia, constituit procuratorem illius canonicatus et prebende sancti Castoris Confluencie dominum Nicolaum de Cusza ad resignandum simpliciter vel causa permutationis illum canonicatum et prebendam ad manus ordinarii vel commissarii cuiuscumque, et iuravit tactis scripturis, ipsum dominum Nicolaum procuratorem in eventum premissorum, hoc est non ordinato consensu patronorum vel non ordinato beneficio viginti florenorum, de quo contenteretur ipse dominus Nicolaus, prout prefertur, non revocare. Super quibus omnibus et singulis predicti domini Nicolaus et Petrus petierunt sibi a notario publico infrascripto super premissio fieri unum vel plura instrumenta, tot quot forent necessaria ad dictamen cuiuslibet sapientis. Acta fuerunt hec Confluencie anno domini millesimo, inductione, die, mense, hora, pontificatu et loco quibus supra, presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris Johanne de Bunna preposito (?) et canonico in Palaciolo, Henrico Gebuyr vicario ecclesie sancti Florini Confluencie et Lodewico de Fryberg familiari predicti domini Nicolai de Cusza, testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

Es folgt die Unterschrift des Notars Johann Scheide.

#### 4. 1444. Mai 22. Coblenz.

« Nicolaus de Cusa, sanctorum Martini et Severi in Münstermeynfeld Treverensis dioc. prepositus » ist Zeuge in einem Vertrage zwischen den Gesandten des Herzogs Philipp von Burgund und der Herzöge Friedrich und Wilhelm von Sachsen in Gegenwart des Erzbischofs Jakob von Trier.

Publications de la Section historique de l'Institut de Luxembourg, Année 1874. XXVIII. pg. 42.

#### 5. 1452. März 8. Köln.

Nicolaus tit. s. Petri ad vincula s. Rom. eccl. presbiter cardinalis, apostolicae sedis per Almaniam legatus concedit

indulgentias (non plenarias) ecclesiae parochiali b. Mar. v.  
et s. Johannis hospitalis in Luxemburgo.

Ebdort, 1875. XXX. pg. 21.

**6. 1452. October 25. Im Kloster S. Mathias bei Trier.**

Idem concedit indulgentias (non plenarias) monasterio  
S. Mathiae extra muros Treverensis sito.

Trierer Seminarbibl. cod. R. II. 15 fol. 4 (1).

---

## RECENSIONEN.

---

FRANCESCO NITTI, *Leone X e la sua politica secondo documenti e carteggi inediti*. Firenze 1892.

Noch fehlt eine Biographie Leo's X., die uns das Leben dieses Papstes im Zusammenhange der kirchlichen und staatlichen, der künstlerischen und literarischen Verhältnisse und Beziehungen schildert.

Roscoe's life and pontificate of Leo X., 1803 erschienen, ist längst veraltet und dann auch vornehmlich der geistigen Seite gewidmet, der Schilderung dessen, was man das Zeitalter Leo's X. nennt. Gregorovius, Reumont, Creighton können eine umfassende und eindringende Kenntniss nicht gewähren. Vielleicht wird bald Pastor im dritten Bande seiner Papstgeschichte das merkwürdige Pontificat nach allen Richtungen beleuchten. Das Material liegt, wie mir

---

(1) Im selben Kodex befindet sich ein Nekrologium der Abtei, das zum 11. August folgende Notiz von einer Hand des XV. Jahrhunderts enthält: Obiit venerabilis dominus Nycolaus de Cusa cardinalis sancti Petri ad vincula, qui multa bona fecit ecclesie nostre.